

divini fructus est; pietatis fidelium fructus est, fructus et orationum, gemituum et lacrymarum pauperum; at fructus danti utilior quam recipienti. Hinc fructus dicitur, ait D. Chrys., ut innuat Apostolus contributores lucrum facere, juxta illud Christi Domini: *Beatus est magis dare quam accipere.*

VERS. 29.—SCIO AUTEM QUONIAM VENIENS AD VOS...., id est, scio quod meus ad vos adventus erit cum uberrimis gratiarum donis, scilicet, ad confirmandos vos, ut dicitur est cap. 1. D. Chrys. aliter exponit: Scio me, cum venero, vos inventurum repletos omnibus spiritualibus donis.

VERS. 30.—OBSECO VOS ERGO, FRATRES; id est, ego vos obtestor per Domini nostri Jesu Christi merita, PER CHARITATEM à Spiritu sancto in cordibus nostris infusam, quâ in unum corpus colligamur.

UT ADJUVETIS ME; GRÆC. : *Simul mecum certetis, orationibus...* Præsentiat Paulus, magnum sibi certamen instare, Act. 20, 25; sciebat et quod preces sint quasi certamen cum Deo, ejus figuram habemus in luctu Jacobi cum angelo. Hinc collige quod licet sanctos invocare; si enim D. Paulo licuit Romanorum adhuc viventium preces non simpliciter, sed etiam per sanctissima quæque obsecrare, quidni

VERS. 29. — Scio autem, quoniam veniens ad vos, etc., q. d. : Deus per meum adventum, prædicationem et conversationem copiosam vobis impertietur evangelicorum mysteriorum cognitionem, amorem, consolationem, gratiam et fructum. Ita Origenes et Anselmus.

VERS. 50, 51. — *Obsecro ergo vos, fratres, etc., ut liberetis ab infidelibus qui sunt in Judæa.* Pro adjutis me, GRÆCÆ est: *Ut concertetis in egone mecum.* Præsegiat Apostolus certamen quod postea habuit Hierosolymis, Act. 21, ubi captus fuit ab infidelibus Judæis, contra quod precibus certabat, et Romanorum ut secum certent, preces hic implorat. Ita S. Chrysostomus.

Et obsequii mei ministerii elemosinarum, quas defero christianis pauperibus in Judæa degentibus oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis. Orate etiam ut hoc meum ministerium, quo fungor in perferenda Hierosolymam elemosynâ, sanctis pauperibus qui in ea sunt, acceptum ac gratum sit, eosque lætificet.

Corollarium pietatis, seu quæ in hoc capite ad pietatem maxime sunt notanda, et in proximum redigenda.

4° Ex hoc capite discite fraternæ charitatis debitum esse, infirmis compati, ipsorumque infirmitates leniter et charitative portare, ipsos instruere, juvare, fovere; sicut fraternæ charitatis debitum est pauperibus compati, ipsis erogare, illorumque miseriam sollevare. Ad hoc datur scientia et virtus, ut instruat ignarus, et portetur infirmus; sicut ad hoc datur sunt divitiis opes, ut sublevent pauperes. Et sicut dives in suis divitiis sibi complacens, easque sibi reservans, peccat avaritiâ, sic vel in suâ scientiâ vel virtute sibi placere, eisque ad proximi bonum et salutem non uti, amor quidam est concupiscentiæ charitati contrarius.

O Deus charitas! parce mihi, et ne recorderis concupiscentias, complacentias et avaritias meas! quoties mihi complacui? quoties in fratrem meum indignans excandui? quoties ejus ignorantias et hal-

liceat D. Pauli, cum Christo nunc regnantis, animum et suffragia invocare? hoc etiam alibi fecit D. Paulus, Eph. 6, Col. 4, 1 Thess. 5, 2 Thess. 5, Hebr. 15.

VERS. 51.—UT LIBERET AB INFIDELIBUS...., ab incredulis Judæis, et obsequii mei oblatio; GRÆC., et ministerium meum, scilicet in elemosynâ et colligendis et perferendis, sit acceptum fidelibus, ipsisque gratum. Ipsi etiam Judæis conversis erat suspectus Paulus, quasi Judæismi hostis et gentium patronus

VERS. 52.—UT VENIAM AD VOS...., ut boni operis successu lætus veniam ad vos. PER VOLUNTATEM DEI, si fuerit Dei voluntas. ET REFRIGERER, GRÆC., et simul recreer vobis; Syr., et vobiscum requiescam, id est, apud vos refocillet et mutâ consuetudine recreemur.

VERS. 53.—DEUS AUTEM PACIS, supple auctor, sicut vers. 5 : *Deus patientiæ et solatii*; vers. 15 : *Deus spei.* Rogat pro ipsis, sicut et ipsorum orationes petit; rogat autem quod jam bis in hoc capite rogavit, ut amputatâ omni discordiâ, concordet sint in veritate, idque à Deo pacis efflagiat.

Si Paulus implorat orationes Romanorum fidelium pro se ad Deum, cur non vicissim ac similiter Romani implerent orationes Pauli? Et si Pauli viventis in hæc carne mortali, cur non etiam hæc mortalitate exuti, et regnantis cum Christo?

VERS. 52.—*Ut veniam ad vos in gaudio.* Ut, gaudio veniam ad vos.

Per voluntatem Dei. Hoc addit, quia piorum fidelium est omnia bona à Dei voluntate expectare, et in omnibus à nutu providentiæ Dei pendere.

Et refrigerer vobiscum, q. d. : Ut refocillet, et ex tot laboribus recreer, videns vestrum profectum in Evangelio, et vos pariter recreemini videns me, de quo multa inaudistis.

VERS. 55.—*Deus autem pacis,* etc. Optat eis pacem à Deo pacis auctore, videlicet respiciens ad contentiones que inter eos fuerant, tam de justificatione inter Judæos et gentiles, quam de legalium observatione Judæis ipsis inier se.

lucinationes agrè tuli, leniter non instruxi charitative non correxi? Quot ergo peccata contra te commisi! O Deus charitas! O Deus patientia! Sed qui me peccantem patienter sustinisti; de peccato meo dolentem et penitentem suscipe propitius, et refove tuo miseratus auxilio. Da cordi meo diligere, compati, sustinere; da proximo complacere ad Dei gloriam, sicut Christus nos suscepit in honorem Dei.

2° Ex eodem capite discite fundamentalem charitatis et misericordie nostræ erga proximum rationem, nimirum ineffabilem Filii Dei erga nos humanitatem ac benignitatem, et admirabilem propter nos condensationem.

Christus suscepit nos in honorem Dei, nos sibi sociavit omnes; in incarnatione suâ nostras omnes suscepit infirmitates; in passione suâ tulit omnia nostra peccata; toto suæ vitæ tempore non sibi placuit;

propriis commodis, aut quieti non studuit, sed nostræ salutis et gloriæ Dei. Ergo et nos debemus fratrum infirmitates ferre, ipsis compati, illorum commodis et salutis studere, illis complacere et favere, ad illorum bonum et gloriam Dei.

3° Et hinc simul discite christianæ et meritorie facere, quod in usu frequentiori fit civititer tantum, et aliquando, imò sæpè, cum peccato; scilicet proximo complacere, salutationes, amicitias et alia hujusmodi signa honestatis exhibere; hoc fiat ex charitate, ad exemplum charitatis Christi, in bonum et ad edificationem proximi; et tunc erit actio meritoria, utpote divine charitatis actio; secus, cum fit ex complacentiâ humanâ, cum adulatione, cum men-

CAPUT XVI.

1. Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, qui est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris.

2. Ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis et assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit; etenim ipsi quoque astitit multis, et mihi ipsi.

3. Salutate Priscam et Aquilam adjuutores meos in Christo Jesu.

4. (Qui pro animâ meâ suas cervicibus supposuerunt: quibus non solum ego gratias ago, sed et cunctæ Ecclesiæ gentium);

5. Et domesticam Ecclesiæ eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.

6. Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum et Juniam, cognatos et conceptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum adjuvorem nostrum in Christo Jesu, et Stachyâ dilectum meum.

10. Salutate Apellen probum in Christo.

11. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

12. Salutate Tryphenam, et Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus, et meam.

14. Salutate Asyncritam, Phlegontem, Hermam, Patrobram, Hermem, et qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philologum et Julian, Nereum et sororem ejus, et Olympiadem, et omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

17. Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensionis et offendentis, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt: et declinate ab illis.

18. Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: et per dulces sermones, et benedictiones, seducunt corda innocentium.

dacio. Vide discrimen complacentiæ christianæ et mundanæ, v. 2.

Hanc christianam complacentiam divus Paulus suo nos docet exemplo, v. 14 et 15.

4° Denique ex hoc capite discite et nota quod prædicationis sit sacrificium; et ideo debet coniator ad eam magnâ pietate, puritate et studio se præparare; ad Dei gloriam, et ad animarum salutem omnia referre, hæcque duo tantum intendere; debet auditorum corda, quæ viciantur, precibus, lacrymis, penitentia ad sanctificationem præparare; Spiritum sanctum super illa assidue invocare. Vide reflex. moral., v. 16.

CHAPITRE XVI.

1. Je vous recommande notre sœur Phébé, diacresse de l'Eglise qui est au port de Cenchrée,

2. Afin que vous la receviez au nom du Seigneur, comme on doit recevoir les saints, et que vous l'assistiez dans toutes les choses où elle pourrait avoir besoin de vous; car elle en a assisté elle-même plusieurs, et moi en particulier.

3. Saluez de ma part Prisque et Aquilas, qui ont travaillé avec moi pour le service de Jésus-Christ,

4. Qui ont exposé leur tête pour me sauver la vie, et à qui je ne suis pas le seul qui sois obligé, mais encore toutes les Eglises des gentils.

5. Saluez aussi l'Eglise qui est dans leur maison. Saluez mon cher Epénète, qui a été les premiers de l'Asie, en Jésus-Christ.

6. Saluez Marie, qui a beaucoup travaillé pour vous.

7. Saluez Andronique et Junie, mes parents; qui ont été compagnons de mes liens, qui sont considérables entre les apôtres, qui ont embrassé la foi de Jésus-Christ avant moi.

8. Saluez Amplias, que j'aime particulièrement en notre Seigneur.

9. Saluez Urbain, qui a travaillé avec vous pour le service de Jésus-Christ, et mon cher Stachys.

10. Saluez Apelle, qui est un fidèle serviteur de Jésus-Christ.

11. Saluez ceux de chez Aristobule. Saluez Hérodion mon cousin. Saluez ceux de la maison de Narcisse, qui sont au Seigneur.

12. Saluez Tryphène et Thyrsos, lesquelles travaillent pour le service du Seigneur. Saluez notre chère Perside, qui a aussi beaucoup travaillé pour le service du Seigneur.

13. Saluez Rufus, qui est un élu du Seigneur, et sa mère que je regarde comme la mienne.

14. Saluez Asynerte, Phlégon, Hermas, Patrobre, Hermès, et nos frères qui sont avec eux.

15. Saluez Philologue et Julie, Nérée et sa sœur, et Olympiade, et tous les saints qui sont avec eux.

16. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser. Toutes les Eglises de Jésus-Christ vous saluent.

17. Mais je vous prie, mes frères, de prendre garde à ceux qui causent parmi vous des divisions et des scandales contre la doctrine que vous avez apprise, et d'éviter leur compagnie.

18. Car de tels hommes ne servent point Jésus-Christ notre Seigneur, mais leur ventre; et par des paroles flatteuses ils séduisent les âmes simples.

19. Vostra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo.

20. Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

21. Salutat vos Timotheus adiutor meus, et Lucius, et Jason, et Sosipater, cognati mei.

22. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam, in Domino.

23. Salutat vos Caius hospes meus, et universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, et Quartus frater.

24. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

25. Ei autem, qui potens est vos confirmare iuxta Evangelium meum, et predicationem Jesu Christi, secundam revelationem mysterii temporibus æternis taciti

26. (Quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei), in cunctis gentibus cogniti.

27. Soli sapienti Deo per Jesum Christum cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

1^a Commendat Phœben, Ecclesie Cenchreensis diaconissam, suam et aliorum multorum benefactricem, huiusque ad Romanos Epistolæ atricem, v. 1, 2.

2^a A v. 5. ad. 16, salutat quamplurimos sanctos, quos nominat, et eorum unumquemque singulari et propria laude exornat.

3^a V. 17, hortatur Romanos ut nolent eos qui dissensionum et scandalorum sunt auctores, ut ab eis fugiant; idque suadet duplici ratione: una, ex pseudo-apostolorum parte desumptâ; suo ventri deserunt, non

PARAPHRASIS.

1. Cæterum commendo vobis sororem nostram Phœben, huius Cenchreensis Ecclesie diaconissam, et que hinc ad vos proficiscitur, hasque nostras litteras defert.

2. Vos itaque rogo, ut eam, ob Christum, excipiat, sicut decet à sanctis excipi mulierem sanctam, et et adsit, in quocumque negotio, vestra indigenter operâ; æquum est sanè ut illi adsit, quandoquidem ipsa frequenter aliis quam pluribus sanctis adfuit, et mihi ipsi.

3. Salutate Priscillam, ejusque maritum Aquilam, meos in Evangelio promovendo cooperarios.

4. Laborum insuper et periculorum meorum confortes; qui semelipsos pro vitâ meâ tenuerunt obsecrantes; ob que merita non ego solus illis gratias ago, sed et omnes gentium Ecclesia.

5. Salutate etiam cum illis totam eorum familiam christianam. Salutate Epinetum, mihi charissimum, qui, me in Asiâ predicante, primus in Christum credidit; estque meus in Christo primogenitus ex hac provincia.

6. Salutate Mariam, que pro vobis multum laboravit.

19. Votre obéissance est venue à la connaissance de tout le monde; et je m'en réjouis pour vous; mais je désire que vous soyez sages dans le bien, et simples dans le mal.

20. Que le Dieu de paix brise au plus tôt Satan sous vos pieds. (Que la grâce de notre Seigneur Jésus Christ soit avec vous.)

21. Timothée, qui est le compagnon de mes travaux, vous salue comme aussi Lucius, Jason et Sosipater, mes parents.

22. Je vous salue au nom du Seigneur, moi Tertius, qui ai écrit cette lettre.

23. Caius, qui est mon hôte, et toute l'Eglise, vous salue. Eraste, trésorier de la ville, vous salue, et notre frère Quartus.

24. Que la grâce de notre Seigneur Jésus-Christ soit avec vous tous. Amen.

25. Gloire soit à celui qui est tout-puissant pour vous affermir dans la foi de l'Evangile et de la doctrine de Jésus-Christ, que je prêché suivant la révélation du mystère, qui, étant demeuré caché dans tous les siècles passés,

26. A été découvert maintenant par les oracles des prophètes, selon l'ordre du Dieu éternel, et a été connu de tous les peuples, afin qu'ils obéissent à la foi.

27. A Dieu seul sage, honneur et gloire, par Jésus-Christ, dans tous les siècles des siècles. Amen.

ANALYSIS.

Jesu Christo; alterâ ex Romanorum parte; illorum fides toto orbe celebris est, et illam Paulus non vult errorum permissione obscurari; ideò vult eos ita prudentes, ut non decipiantur; ita bonos, ut non decipiant. Vers. 20, ancillum divinum optat et promittit contra hujusmodi deceptores.

4^a V. 21, 22, 23, Romanorum salutatores nominat.

Domique illis suo more benedicit, totamque Epistolam claudit predicatione et glorificatione.

PARAPHRASIS.

7. Salutate Andronicum et Juniam, mecum sanguinis vinculo ligatos, et, quod majus est, passionum, ob Christum, in carcere mecum particeps; qui sunt illustres inter Evangelii præcones; et in hoc me præcellunt, quòd priores me Christo crediderunt.

8. Salutate Ampliam, mihi ob pietatem charissimum.

9. Salutate Urbanum, meum in promovendâ Christi gloriâ cooperarium, huiusque consortem Stachyn, mihi magnoperè charum.

10. Salutate Appellen, multis pro Christo toleratis passionibus probatum.

11. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiâ. Salutate Herodionem cognatum meum; salutate Christianos Narcissi domesticos.

12. Salutate Triphenam et Tryphosam, que suo modo promotioni Evangelii collaborant. Salutate Persidem mihi charissimam, que multum pro Domino laboravit.

13. Salutate Rufum, pietate christianâ eximium, illiusque matrem, quam ut meam veneror et diligo.

14. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam,

Satrobam, Hermem, et cæteros fratres, qui cum suis sunt conjuncti.

15. Salutate Philologum et Juliam, Nerem et sororem ejus, et Olympam, et omnes Christianos qui sunt cum eis, et in illorum vivunt contubernio.

16. Salutate vos omnes invicem osculo sancto, et quod sancti sit signum amoris.

17. Salutant vos omnes Christi Ecclesie, quarum in vos novi propensionem.

18. Hoc autem vos rogo, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et scandala gignunt inter vos, falsas opiniones docentes; contra doctrinam vobis traditam, et à vobis acceptam; hos, inquam, observate, ut ab eis fugiatis.

19. Cognatis ergo fugite; etenim isti Christo Domino non serviunt, nec ejus Evangelii profectum querunt; sed suis propriis student commodis, suoque ventri, Deo suo, servant; dum verbis suavis, blandis et adulatoriis seducunt corda simplicium, et sibi non præcaventis; ideò ab illis cavete, eosque vitate.

20. Alimnde vestra per fidem Christo obedientia ad omnes permanavit; et ob hanc vestram fidem, ego de vobis gaudeo: sed ne hæc vestre fidei puritas obscurobitur, volo vos prudentes et circumspectos esse in amplectendo quod bonum est, ne decipiâmini à seductoribus; volo autem vos ita simplices et imperitos in malo, ut nemini nocere valeatis.

21. Deus autem pacis auctor et amator citò conterat sub pedibus vestris Satanam, hosque ejus ministros.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — COMMENDO AUTEM VOBIS PHŒBEN. Per hanc delata creditur hæc ad Romanos Epistola.

SOROREM NOSTRAM, fide scilicet et religione, QUE EST IN MINISTERIO, GRÆCÆ, quæ est diaconissa, seu ministra Ecclesie. Baronius, ad annum Christi 34, recenset officia, seu ministerium diaconarum, seu diaconissarum istarum: scilicet custodire fores ecclesie per quas femine intrabant: sicut enim in templo locum à viris separatim habebant, ita et fores distinctas; docere feminas non instructas, earum mores formare, easque juvare susceptione Baptismi et Confirmationis. Grotius hic notat quòd in Judæa diaconi viri etiam mulieribus ministrare poterant; in Græciâ autem, ubi non erat tam liber accessus ad feminas, ecclesie duplici feminarum auxilio opus habebant; altere enim erant, que feminarum mores formabant; alie, que feminas pauperes aut ægrotas pecuniâ atque operâ sublevabant.

Ex harum numero erat Phœbe, quam D. Paulus Romanis commendat, ejusque commendationis argu-

VERS. 1. — COMMENDO AUTEM VOBIS PHŒBEN sororem nostram. Non dicit sororem meam, sed nostram; sororem religione, id est, christianam, quemodò fideles omnes sese invicem fratres et sorores appellabant.

Que est in ministerio Ecclesie quæ est in Cenchris. Erant enim olim que appellabantur diaconisse, non

Ad hoc vobiscum sit favor et gratia Domini nostri Jesu Christi.

21. Salutat vos Timotheus, in Evangelio predicando meus coadjutor, et Lucius, et Jason, et Sosipater, consanguinei mei.

22. Et ego, nomine Tertius, qui hæc Epistolam, dictante Paulo, scripsi, vos in Domino saluto.

23. Salutat vos Caius, apud quem hic hospiter, et universa Ecclesia, que mecum in ejus ædibus diversatur; salutat vos Erastus, Corinthiorum urbis questor ærarius, et etiam Quartus frater.

24. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen.

25. Eterna gloria sit omnipotenti Deo, qui vos gratiâ suâ confirmare et stabilire potest in eâ doctrinâ quam vos doceo et quam ubique predico, imò et quam prædicavit ipse Dominus Jesus Christus, ut reveleetur arcanum omnibus retroactis seculis absconditum, scilicet redemptionis et salvationis omnium gentium per Jesum Christum Salvatorem totius mundi.

26. Sed quod nunc, hoc scilicet tempore luminis et gratiæ manifestatum est per scripturas prophetarum, expositas per apostolos, ab ipso Christo Domino obdoctos, et ab æterno Deo delegatos; manifestatum, inquam, in cunctis gentibus, ut illud gentes omnes fide suscipiant, eique vitâ et moribus obediant.

27. Deo, inquam, omnipotenti, soli que sapienti, honor sit et æterna gloria, per Jesum Christum, divina gloriæ splendorem. Amen.

menta sumit à meritis, et à personâ Christi, cui serviebat; à sanctitate Christianismi, cuius et ipsa, et Romani professionem faciebant; ab officiis Ecclesie præstitis à Phœbe; à gratitudine ob beneficia, qua ab eâ receperat ipse Paulus.

QUE EST IN CENCHRIS. Cenchreæ portus erat et pagus, seu quasi suburbium Corinthi, in quo erat quædam ecclesia seu parochia, in qua tunc erat Paulus, versus Jerusalem navigare paratus.

VERS. 2. — UT EAM SUSCIPIATIS IN DOMINO, id est, ut eam excipiatis hospitio ob Christum, cui fideliter illa servit.

DIGNÆ SANCTIS, id est, sicut decet sanctos à sanctis excipi, et assistitis, id est, adsit, optulenti, eique manus porrigitis, ubicumque vobis opus habuerit.

ETERNAM IPSA QUODQUE ASTITIT. Gr. Nam et ipsa assistit multis facta est, scilicet hospitio excipientis illos, occultans, et protegens adversus persecutores, seu Judæos, seu paganos.

altari servientes, sed aliis quibusdam Ecclesie ministeriis addictæ. Cenchri erat portus et pagus Corinthi. Ita Origenes.

VERS. 2. — Et cum suscipiatis in Domino, Domini nomine et amore, propter dominum, vel in Domini gratiâ et charitate christianâ. Dignæ sanctis, scilicet,

in eâ fide et doctrinâ, quæ est iuxta Evangelium, quod ego prædico.

ET PRÆDICATIONEM JESU CHRISTI, id est, et quod Dominus ipse Jesus Christus prædicavit; sicque non est tam mea quam Jesu Christi doctrina. Ita divus Chrysostomus; ita etiam divus Thomas.

Alii tamen interpretantur: Quæ est iuxta Evangelium, quod ego prædico de Jesu Christo, et conformis est Syrus, ut videbitur infra.

SECUNDUM REVELATIONEM; Syr., per revelationem, seu ut reveletur arcuum, omnibus retroactis seculis absconditum, scilicet magnum mysterium Incarnationis Filii Dei.

TEMPORIBUS ÆTERNIS, id est, in totâ temporis universitate, seu omni retroacto tempore, cujus initium est vâldè remotum.

VERS. 26. — QUOD NUNC PATFACTUM EST, id est, hoc autem tempore gratiæ manifestatum per scripturas prophetarum, scilicet expositas et explicatas per apostolos; quibus Christus aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, ait D. Lucas, 24. Prophetæ prædixerunt futuram Verbi divini incarnationem; apostoli faciendam esse prædicaverunt, et prophetias adimpletas esse,

Christi, qui potest vos confirmare in fide; quâ nimirum adhaeratis doctrinæ Evangelii mei, quâ vobis prædicavi Jesum Christum. Summ ergo vocat Evangelium, id est, à se prædicatum.

SECUNDUM REVELATIONEM MYSTERII TEMPORIBUS ÆTERNIS TACIT. Sensus: Quia Evangelii prædicatione revelatum et manifestatum mysterium omnibus retro seculis mundo occultatum et paucis cognitum. Tempora æterna dicit universum tempus quod præcessit; quæ interpres alibi vocat tempora secularia. Ut 2 Timoth. 4. et Tit. 1. q. d. Paulus: Non est recens inventum Evangelium, sed ab æterno semper fuit ipsum Evangelium in secreto divinitus consilio, menteque divinâ tacitum et occultum, et nunquam hæcenus in mundo propalatum aut prædicatum. Unde subdit:

VERS. 26. — Quod (scilicet mysterium jam dictum) nunc patfactum est, Græcè, manifestatum autem nunc, scilicet per apostolorum prædicationem.

PER SCRIPTURAS PROPHETARUM, qui Christum Christique Evangelium prædixerunt. Quod autem dicit, per scripturas propheticas, supple, expositas et intellectas.

SECUNDUM PRÆCEPTUM ÆTERNI DEI, id est, ex mandato seu delegatione æterni Dei, factâ videlicet apostolis. Tacite commendat officii sui dignitatem à magnitudine delegantis, quem proprio vocat epitheto, æternum Deum.

AD OBEDITIONEM FIDEI, id e. ut fides promptâ voluntate suscipiatur, ut nimirum omnes gentes Evangelium fideique Christi audiant, illique credant et obe-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ultimo ad pietatem et ad praxim maxime notanda.

1° Observa in toto hoc capite exemplum christianæ erga proximum charitatis atque necessitudinis; quasi divus Paulus voluerit hic in praxim redigere doctrinam à se traditam in capitis præcedentis versu secundo: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum*; nosque docere modum christianæ et meritoricè faciendi, quod in usu frequentiori sit civititer tantum; nimirum salutationes, amicitias, et alia honestatis signa exhibere, de quibus vide in coroll. pietatis, cap. 13, n. 2. 5.

ipsâ factorum exhibitione manifestarunt, seu eventibus ad vaticinia respondentibus.

SECUNDUM PRÆCEPTUM ÆTERNI DEI, id est, juxta mandatum; Græcè, ad ordinationem, seu delegationem ab æterno Deo ipsis apostolis factam.

AD OBEDITIONEM FIDEI IN CUNCTIS GENTIBUS COGNITI, id est, cunctis, inquam, gentibus manifestatum, ut obedientiam fidei, seu ut omnes gentes illud Evangelium audiant, fide suscipiant, illique moribus obediant.

VERS. 27. — SOLI SAPIENTI DEO...; Deo, inquam, qui solus sapiens est, honor sit et gloria æterna per Jesum Christum. Vide in Paraphr. clariorem expositionem. Pronomen cui hebraismo redundat; Hebræi enim repetunt relativum cum antecedente, ait Cornelius à Lapide. Hos tres versus ita Syrus exprimit: *Deo autem qui potens est vos confirmare in Evangelio meo, quod prædicatum est de Jesu Christo per revelationem arcum, quod temporibus æternis absconditum fuit; revelatum autem hoc tempore per scripturas prophetarum, et per mandatum Dei æterni, patfactum omnibus gentibus ad obedientiam fidei; qui solus sapiens est, gloria per Jesum Christum in secula seculorum. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.*

diant.

In cunctis gentibus cognitum, Græcè, in omnes gentes notificatum seu patfactum: scilicet mysteri, quod nunc patfactum est, et in cunctis gentibus cognitum.

VERS. 27. — SOLI SAPIENTI DEO per Jesum Christum. Hæc refer ad, *Et qui potens est* (vers. 25), q. d.: Soli sapienti et potenti Deo per Christum et christianam religionem, omnis sit honor et gloria sempiterna. Christus Deus et homo cum sit, ut Deus honorem recipit cum Patre et Spiritu sancto; ut homo vero, illum deserit. Denique autem cum prædicavit in mundo SS. Trinitatem, et jussi baptizari in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti omnes gentes.

Nota, vox sapienti innuit per nullam hominum sapientiam hominem potuisse viam salutis agnoscere: quia solus Deus à seipso et per essentiam sapiens est, qui eam per fidem nobis manifestavit. Hinc solus sapiens dicitur. Vide Baruch. 5.

Cui honor et gloria in secula seculorum, Amen. Secla seculorum vocat Apostolus secula proprio nomine æterna, et, ut Augustinus exponit, continuata secula, id est, nunquam terminanda. Græca et Syrus non habent cui. Sic ergo hæc omnia ordinanda sunt: ei qui potens est vos confirmare, videlicet soli sapienti Deo, sit honor et gloria, Amen.

Vide S. Chrysostomum, 40. in morali, homil. ultim., pulchrè et patheticè ostendentem, quantum S. Paulus suo zelo, labore et fervore honorârî et glorificârî Deum.

2° Ille ab Apostolo discere modum dignè Deum glorificandi, scilicet per Jesum Christum, Dominum nostrum, v. 27. *Deo honor sit et gloria per Jesum Christum.* Ut hæc apostolicam et verè christianam praxim melius intelligas et accuratius observes, nota quod solus Jesus Christus Deum dignè glorificat; ipse solus Deo infinito infinitum exhibet honorem. Hujus veritatis ratio est, quia angeli, homines, creaturæ omnes coram Deo sunt quasi non sint, quasi nihilum et inane reputantur, ex Isai. 40, 17. Nihil autem laus

et glorificatio verè nihilum est, et nullius momenti. At Christus Jesus, homo Deus est; hinc infiniti meriti, hincque Deum infinitè glorificans: et ideo dignè.

Deum infinitè glorificavit toto suæ vitæ mortali tempore; id est, à primo Incarnationis instanti, usque ad mortis momentum; glorificavit, inquam, per suum esse, quod omnium miraculorum est maximum; per omnes suas internas et externas actiones et passionem, quæ theandricæ fuerunt, et ideo valoris infiniti. Maxime verò glorificavit per mortem suam, quæ fuit immolatio hominis Dei, in honorem Dei, et consequenter sacrificium Deo dignum, honorem Deo proportionatum reddens, Deumque, quantum fieri potest, glorificans.

Ex quo resurrexit, et gloriosus in cælos ascendit, Deum infinitè glorificat in terris et in cælis. In terris, et quidem ubique terrarum, super altare, ubi in sanctissimâ Eucharistiâ continuè et semper ad Dei gloriam immolatur, ubi continuè et semper Deum adorat, in nihilum quasi redactus. In cælis coram throno Dei, ubi, teste D. Joanne, Apoc. 5, 6, Agnus stat velut occisus, id est, in passionis suæ memoriam, sua sacra stigmata Deo semper exhibet, *interpellans pro nobis*, et in æternum exhibebit ad æternam Dei gloriam.

Etenim (et hoc bene nota) quia nihil unquam Deum ita glorificavit ac cuncta Filii Dei ad Dei gloriam immolati, quæ quantum fieri potest, Deum glorifica-

vit; hinc ipse Filius Dei, hanc sui immolationem ad Dei gloriam, usque ad consumptionem seculorum mysticè continuat et continuabit ubique terrarum. Hinc et Filius Dei hanc sui immolationem ad Dei gloriam in æternum representat et representabit in cælis. Per Christum itaque cæli et terra pleni sunt gloria Dei. Ipse solus est gloria Dei, gloria infinita, universalis, Deo digna.

Nobis itaque Deum glorificaturis, quid faciendum? Christus, Dei gloria, Deo offerendus: cum Apostolo nobis dicendum: *Deo sit honor et gloria per Jesum Christum. Deo sit honor et gloria in cælis per Jesum Christum*, ibi propter quinque vulnerum cicatrices, quæ in corpore glorioso reservavit, *stantem tanquam occisum. Deo sit honor et gloria in terris per Jesum Christum*, super altare in sacrosanctâ Eucharistiâ mysticè semper immolatum, et in immolationis statu ubique conservatum. *Deo sit honor et gloria*, et in cælis et in terris per Jesum Christum, qui in cælis et in terris semper et continuè Deum laudat, amat, adorat, colit dignè, infinitè, quantum potest.

Deum ergo glorificaturi, Christo Deum glorificanti, uniamur fide, charitate, sicque Christo uniti, in ipso, cum ipso et per ipsum glorificemus Deum, laudemus, amemus, adoremus et colamus. Hæc nostra Dei glorificatio, quæ quatenus nostra, nihil est, nulliusque momenti; quatenus Christi, erit pretiosissima, et Deo digna.

IN PRIMAM EPISTOLAM

AD CORINTHIOS

Præfationes.

Corinthos, quam Cicero totius Græciæ lumen appellat, Achaïæ, quæ nunc Morea dicitur, metropolis erat; duobus incolta portibus, Ionio et Ægeo mari imminuentibus, ut ait D. Chrysostomus.

In hoc nobilissimo emporium D. Paulus Athenis venit, ibique à Christo Domino monitus, per decem et octo menses mansit, tantoque incolarum profectu Evangelium prædicavit, ut quàmplurimos ad Christi fidem converteret.

At postquam prædicationis gratiâ in alias civitates et provincias profectus est omnium gentium Aposto-

lus, Corinthii, quia divites erant, deliciis assueti, et secularis sapientiæ nimis studiosi, à primo fervore statim delapsi, dein à falsis apostolis seducti, in tam varios errores et tot abusus provaluti sunt, ut et de mortuorum resurrectione dubitaverint.

Quod, ut audivit Paulus, Corinthiorum pater: ipse enim, ut ait, per Evangelium eos Christo generat, filiorum sibi charissimorum salutis zelo succensus, ad eos hanc priorem Epistolam, maxime animi libertate scripsit, tum ut monita illorum emendationi necessaria daret; tum ut questionibus ab eis sibi propositis

Corinthios Paulus scriperit: eò quod in hæc meminerit prioris ejusdem Epistolæ ad eos data. Sic enim ait, cap. 5: *Scriptis vobis in Epistolâ.* Si hoc rectè opinetur an secus, videbimus eum ad eum locum perventum erit. Prior hæc Epistolâ non unum, sed multa ac variâ continet argumenta; prout multa erant de quibus vel admonendi Corinthii Apostolo videbantur, vel ipsi ab eo instrui cupiebant. Nam ipso per,

(Dous.)